



*Jesús, María, Joséphus.*

Vide To. 8. Mem.  
fol. 24. To.  
23 fol. 211.  
cū seqq.

# IVRIS RESPONSVM

P R O

ADMODVM ILLVSTRBVS  
Deputatis, & Auditoribus computorū  
Generalis Cathaloniæ, circa Pragmati-  
cam Matriti editam die II. Iulij 1630. su-  
per euocationib[us] causarum feu-  
dalium, & patrimonia-  
lium.



EGIAM Pragmaticam euocationes causarum feu-  
dalium, & patrimonialium à Baiulia generali ad Re-  
giam Audientiam prohibentem pluribus cum consti-  
tutionibus, & legibus municipalibus istius Principa-  
tus pugnare censuimus, & Admodum Illustribus Cathaloniæ Depu-  
tatis significauimus nunc vero cum de eadem re latius agendi, &  
suis fundamentis comprobandi munus fuerit nobis demandatum  
tanto libentius præstabimus, quanto pro certo habemus dominum  
nostrū Regem, pro sua clementia & summa, ac christiana religione,  
benigne auditurum fore preces horum vassallorum de suarum le-  
gum, ac consuetudinum antiquarum conquerentium.

A

Inpri.

Dux Dux Vol. A.  
Dux

360  
2. In primis quod attinet ad causas feudales quas Pragmatica vetat euocari ad Regiam Audientiam, & priuatiue tractari in consistorio Baiuliæ generalis Cathaloniæ, clare censetur disponere contra cōstit. 3. sub tit. de feus y postats, quæ est Regis Petri 2. incip. *En totes causes feudals*, vbi habetur omnes causas feudales inter dominum Regem, & Barones, ac milites Cathaloniæ à paribus curiæ esse iudicandas, de quo agunt practici Cathalani, & præfertim Mieres in commentarijs ad d. constit. 3. par. 1. fol. 22. *Socarrats in cap. si aliquis habet num. 18. in commemora.* Petri Alberti fol. 451. Anton. Oliba de actio. par. 1. lib. 3. ad §. pñales num. 84. et alij ab eo adducti. Igitur pragmatica quæ disponit feudales causas priuatiue ad Baiulum generalem debere pertinere, contradicit prædictæ const. 3. & suis concordantibus.

3. Huic const. 3. & parium curiæ iurisdictioni nequaquam fuit derogatum per Reginam Mariam in const. 1. sub tit. de offici de Balle general, quia quod in ea statuit est, quod Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ non exerceant, nec vtantur alia iurisdictione nisi iuxta modum, & formam quibus vrebâtur tempore Regis Petri, & secundum principales commissiones horum officiorum reuocando expræsse, & pro reuocatis habendo omnes, & quascumq. alijs commissiones in contrarium factas, & in futurum faciendas vltra supradictas sub decreto nullitatis, & pñna priuationis dictorum officiorum ipso facto incurrenda. Porro nusquam constat eo tempore Regis Petri Baiulum generalem Cathaloniæ, & Procuratorem Regium dictorum Comitatuum de causis feudalibus solitos fuisse cognoscere, aut id habuisse in suis principalibus commissionibus, ideo nihil est immutatum per Reginam Mariam, eorum quæ per Petrum Regem, circa feudalium causarum cognitionem fuerant antea in d. constit. 3. stabilita & ordinata propterea hanc per illam non esse correctam liquidum apparet.

4. Quia legis correctio cum odiosa sit non inducitur nisi expræsse dicatur l. non ad ea ff. de cond. et demon. latè Aldera. Mascar. de gener. Statu. interpretata. conclu. 5. num. 159. vbi potius esse sumendam quamcumq. aliam interpretationem Surd. conf. 426. num. 38. Et multo minus per subauditos intellectus correctio legum, & constitutionū colligi valet, ex glo. et DD. in cap. cupientes, §. quod si per viginti in verbo

verbo petere de elec. in 6. Craueta in responso pro genero num. 352. Surd. 207.  
decis. 239. num. 4. & ad derogationem requiritur expressa dispositio  
Decius conf. 37. num. 2. Beccius conf. 1. num. 13. Surdus d. conf. 426. et)  
conf. 352. num. 5. vbi quod præcedens dispositio numquam censetur  
sublata nisi quatenus id expresse factum legitur Craueta vbi sup. nu.  
297. vbi plene de hoc assumpto.

5 Accedit constit. i. tit. de offici de Balle general, loqui in genere de  
ipsius officio, ac iurisdictione, ideo non tollit priorem constit. 3.  
de feudis in casu particulari loquentem cap. generi de reg. iur. in 6. l.  
Sanctio legum ff. de pennis, Fabius Turretus conf. 100. num. 53. lib. 2. Ca-  
ballus conf. 162. num. 37. lib. 1. Bouadilla lib. 3. Politica cap. 4. num. 42.  
lit. D. vbi latissime & plures referens Cabedo decis. 11. n. 6. p. 1.

6 Quod ampliatur etiam si adesset clausula derogatoria non ob-  
stante ex tex. eleganti in auth. de succeß. ab intestato iuncta glo. in ver-  
bo vacantibus in prin. Menoch. presump. 38. lib. 6. num. 20. Aldera. Mas-  
car. conc. 8. num. 9. Turretus conf. 97. num. 32. lib. 2.

7 Etsi libitum fuisset harum legum conditoribus iurisdictionem  
parium curiæ abrogare in d. const. Reginæ Mariæ, facile erat id uno  
verbo exprimere, l. unica §. sin autem C. de cadu. tollen. cap. ad audienciam de decimis, vt ita argumentantur Parif. conf. vlt. num. 11. lib. 3.  
Beccius conf. 1. num. 18. priuilegium iure hunc casum exprimere specia-  
liter opus erat, quia lex noua corrigens antiquam specialiter illam  
corrigere debet, l. præcipimus de appell. glo. in verb. destruere in auth. qui.  
no. natu. efficiuntur sui §. quibus Barbatia conf. 123. lib. 4. inter conf. Alex.  
Morotius conf. 1. nu. 30. Cabedo decis. 11. n. 6. p. 1. et) alij supra adducti.

8 Elicitur autem ex mente Curiæ generalis hæc veritas, quæ eam  
constitutionem tertiam posuit inter constitutiones non abrogatas  
eius enim est interpretari cuius est cōdere l. in conventionalibus ff. de  
præto. stipula. cap. cum venissent de iudicijs, neq. enim si esset abrogata  
fuisset in nouam compilationem inserta, quæ ideo facta fuit, vt sup-  
pressis & antiquatis superfluis, & correctis constitutionibus aliæ sub  
titulis suis collocarentur, vt patet in const. 4. sub tit. de la noua compi-  
lation, in illis verbis: collocant aquelles sub congruos titols, y resecan las  
superfluas y corregides, quod expendit in simili Gutierrez lib. 3. pract.  
q. 15. num. 37. vbi addit post Alcia. & charondam cum de antiqua-  
rum legum abrogatione tractatur solere id verbis expressis, aut ho-  
norifica aliqua præfatione significari

Et

Et per hanc interpretationem quod constitutio Reginæ Mariæ procedat quoad jurisdictionem, aut officium Baiuli generalis, & Procuratoris Regij generaliter, & constit. 3. in casu speciali cognitionis causarum feudalium cum Baronibus, & militibus euitatur iuriū correctio, quæ omnino fugienda est, cap. cum expeditat de elec. in 6.l.1.C.de inof.dona.Surd.decis.21.nu.19.Morotius conf.1.nu.30.

Imò superfluitas potius quam legum correctio tolleranda est, Ruin.conf.59.in fine vol.3.Gratus responso 7.nu.8.Rimin.sen.conf.70.num.11. quos refert Morotius d.conf.1.num.32.Stepha.Gratia.discep. foren.cap.651.num.22.tom.4.

Ad hæc constitutio Reginæ Mariæ edita fuit non ad augendam jurisdictionem Baiuli generalis, sed ad illam restringendam, & coarctandam ad principales commissiones per Regem Petrum concessas, & ad tollendum abusus, qui antea accidebant, ut ex eadem constitutionis serie colligitur, & eleganter notat Mieres ad eandem const. num.3.circa medium par.1.pag.37.col.4.in fin.Ideo non potest contrarium effectum augmenti, & extensionis operari ex reg.communis in l.legata inutiliter ff.de adim.lega. b al cargo dñs anno mcccq

Et tam longe abest quod per Reginæ Mariæ constitutionem fuerit sublata iurisdictio parium curiæ, & dispositio consti. 3. de feudis correcta, quinimo hac per illam senior, & robustior redditur validiusq. robورata remansit, & amplius contra nouissimā pragmaticam eadem Reginæ Mariæ constitutio influit, & illam omnino tanquam aduersus constitutiones emanatas destruere censetur.

Siquidem ut sèpius diximus hæc constitutio Reginæ Mariæ expresse vetat, & prohibet Baiulum generalem Cathaloniam, & Procuratorem Regium Rossilionis nullam aliam posse exercere iurisdictionem quam quæ eis competebat, & reperiebatur in principalibus commissionibus, & quæ vti solebant tempore Regis Petri. At nunquam apparebit in dictis principalibus commissionibus contineri feudalium causarum notionem, & decisionem, de qua discipitamus, quod præterquam Fisco onus probandi incumbebat cum sit fundamentum suæ intentionis nihilominus ex eisdem commissionibus quas vocant pragmaticas Petro Çacosta Baiulo generali de anno 1347. & 1349. concessas, & ex quibus argumentum ex aduerso desumitur, satis clare liquet cum in eis de iurisdictione, aut potestate decidendi, & declarandi feudales quæstiones, & controversias,

aut

aut illas iudicandi, & sententiandi, ne verbum ullum, solum loquuntur de prestantis homagijs dicto Baiulo generali pro feudis ipsis, & faciendis inuestituris absq. firma domini Regis pecuniam inde ex compositionibus prouenientem, ac alia à feudatarijs debita facultate recipiendi, & habendi, necnon super firmandis venditionibus, & alienationibus factis, vel faciendis de cætero intra Cathaloniā de feudis ipsis. Vnde ex his prætendere fuisse datam facultatem de causis feudalibus cognoscendi, illasq. sententiandi, & determinandi verba ipsa non patiuntur cum ea tendant ad Procuratorem quendam cōstituendum (provt ille Comitatum Rossilionis, & Ceritaniae sic nominatur) qui pro domino Rege, & nomine ipsius posset ea facere, & adimplere, quæ in dictis commissionibus exprimuntur Oliba d.par. I.lib. 3.ad §. pñales num. 88. neq. inducere valent facultatem, & potestatem pro decidendis dictis controuersijs feudos, nec tale quidquam est affirmandum facit Mieres par. I. fol. 22. vbi ait, quod quamvis Rex possit iudicare in causa propria non tamen in Catalonia in causis feudalibus Socarrats in cap. si aliquis habet num. 18. in commemo. pe. Alberti fol. 451. & alij, quos sequitur Oliba par. I.lib. 3.de actio.ad §. pñales num. 84.

14 Neq. obstant verba illa pragmaticæ, Super omnibus alijs ad hæc necessarijs eisq. coherentibus, incidentibus, et emergentibus, vel dependentibus ab eisdem liberam dicto Petro præsentium tenore licentiam plenamq. concedimus facultatem, quia hæc clausula restringi debet ad specificata, neq. alias res diuersæ specie qualitatisque complectitur, l.fin. §. fin. ff. de trit. vino, & oleo legato, Alex. conf. 249. nu. 12. lib. 6. Decius conf. 521. nu. 11. Craueta conf. 294. nu. 7. Casana conf. 41. nu. 87.

15 Videndum omnino Oliba circa hunc articulum in usatico, Alium namq. cap. 7. num. 4. & 5. de iure fisci, vbi in hæc verba, Nam & hic Petrus Aulam suam decorauit multis officijs, ut diximus ante, & patrimonium suum stabiluit iurisdictionem Baiuli generalis angendo editis tribus pragmaticis datis eodem die Barcinone 4. Idus Julij 1347. & directis Petro Gacosta Baiulo generali. In prima datur potestas Baiulo generali amplissima super rebus patrimonialibus habendis, defendendis, & conseruandis. In altera super rebus Fiscalibus, & Fisco Regio pertinentibus defendendis, & petendis. In tercia super omnibus rebus feudalibus, & emphiteuticarijs petendis, defendendis, & habendis. Amat in Repor. verbo Rex, &c. si vis videre potestates, &c. Hac potestate abutebantur

15 Baiuli generales, & Regij patrimonij Procuratores, atq. eorum Ministri  
verba pragmaticarum in primum sensum retorquentes, & ideo emanauit  
constitutio Reginae Mariae consortis Alfonsi 4. in cur. Barcinona cap. 23.  
Ab serie y tenor, de qua multa scripsit Mieres colla. 10. cap. 24. Rub. de  
offi. & iurisd. Baiuli generalis, per quam curia Baiuli generalis, & Regij  
Procuratoris fuit reformata, & ad debitum modum qui per Regem Pe-  
trum 3. fuerat ei praescriptus renovata, & originem excessum scribit Mie-  
res ibidem colla. 1. Hec Oliba ex quibus apparet prouisiones, & com-  
missiones principales officij Baiuli generalis, & Procuratoris Re-  
gij non loqui de iudicibus, & cognitionalibus controuersijs, &  
causis rerum feudalium, sed de alijs satis diuersis.

16 Et parum, aut nihil officit obseruantia, & contrarius usus dictæ  
constit. 3. quod cause feudales fuerunt à multo tempore citra tracta-  
tæ decisæ, & cognitæ in Baiulia generali, & Procuratione Regia; tac-  
itus consensus vassallorum, qui coram eis comparuerunt in causis  
feudalibus, & quod constitutiones possint in dessuetudinem abire  
per tacitum consensum populi, & actus iudiciarios contrarios ipsa-  
rum constitutionū dispositionibus, vel possunt ab initio non recipi.

17 Quia optime respondet Oliba in d. §. pñales n. 86. his verbis, Sed  
si opponeretur de hac cōstitutione, & quia feudatarij coguntur litigare extra  
suam habitationem, & domicilium, nec possunt ad sua redire eadē dies  
& erant illi ministrandi los obs cap. 16. in 3. curia Barcin. Iacobi 2. &  
Mieres colla. 4. in eadem curia cap. 19. in usatico placitare ibi donec ei  
conductum utrisq. enim dominus debet dare conductum, & iudicibus,  
& feudatarijs quando vocantur extra locum feudi si ipsa die ad sua re-  
uerti feudatarius non potest, ut in dictis iuribus continetur Mieres d. cap.  
19. num. 2. & 3. Calic. in d. & sat. placitare vers. Quero. Marquillez ibi-  
dem colla. 4. plenius hec tractat Socarrats in cap. si aliquis habet hominē  
num. 64. cum pluribus seq. Et præterea allegetur quod hæ constitutiones nō  
sunt abrogatæ, quia compulsi feudatarij comparent, ut in simili dicit Mie-  
res in d. cap. 30. num. 12. in prima curia Barcin. Iacobi 2. colla. 4. & in  
curia Illerda eiusdem Regis Iacobi cap. 17. de obser. const. num. 4. eadem  
colla. quia in tollendis constit. Forte necessarius est expressus populi con-  
sensus sicut in condendis Mieres in d. consti. E los Adwocats, & cap. confir-  
mant, & cap. hanc acort, adde const. Confirmants, lloants, y apronants.  
Alfonxi 4. in curia Barcin. cap. 4. Mieres colla. 11. cap. 4. col. 1. præsertim  
hoc tempore editis tribus constitutionibus, duabus scilicet per Ferdinandū 2.

post

post tempora & etatem Mieres sitis in tit. de obser. constit. cap. 10 & ca.  
13. & tertia in cap. fin. edita per dominum Regem Philipum nunc feli-  
citer regnante, & est similis in cap. revocant tit. de iure fisci. Et est ob-  
seruandum quod tollit contrarios vsus futuros dominus Rex Ferdinandus,  
& sic lex resistit contrarijs actibus. Si ergo de his opponatur in Baiulia ge-  
nerali quid putas dicendum, & respondendum? ut orationibus celsi in l. si  
me & titulum, ff. de rebus creditis ibi. subsisto. nisi dixeris plus nocere raci-  
tum consensum quam expressum extra curias praestitum, & quod de sty-  
los, & consuetudine vim legis habente, ita receptum est. Hæc Oliba qui  
optime declarat in Cathalonia usum, vel consuetudinem cuiuscumq.  
temporis si sit contra leges municipales, aut constitutiones Catha-  
loniæ cuiquam auxilio esse non posse cum & futuri nedum præte-  
riti usus constitutionibus ipsis sint, & intelligantur sublati.

18 Nec nocere potest quod in curijs generalijs & præsertim in cap.  
37. anni 1599. fuerit petitum supercedimentum causarum feudaliū,  
& emphiteuticalium, quæ tractabantur in consistorio Baiuliæ ge-  
neralijs, & in cap. 38. quod Assessores dictæ Baiuliæ generalis sicuti  
tenebantur facere verbum in Regia Audientia, sic etiam in Guber-  
natione Vice Regia procedente, & in cap. 41. quod quotiescumq.  
feudatarius vellet fateri feudum etiā in puncto ferendæ sententiæ de-  
beret admitti ad faciendum recognitionem, & recipiendum inue-  
stituram, & in cap. 86. quod ostentis Buiulo generali titulis, & do-  
cumentis quibus appareret ex aliquo feudo, aut emphiteusi, nihil  
deberi non procedatur ad sententiandum in causa coram dicto Ba-  
iulo generali nisi facto verbo in Regia Audientia. Quasi hæc capi-  
tula Curiarum approbare videantur iurisdictionem Baiuli gener-  
alis in cognoscendo de dictis causis feudalibus, & emphiteuticarijs.

19 Quia respondeatur his capitulis Curiæ nihil nouiter fuisse dispo-  
situm, & ordinatum respectu dicti Baiuli generalis, nec aliquam iu-  
risdictionem sibi fuisse concessam, aut facultatem iudicandi feuda-  
les lites, & controvierias, sed solum præsupposito, quod ibi tunc tra-  
ctabantur decretum, & stabilitum fuit, cum requisitis, & qualitati-  
bus predictis debere tractari. Hoc autem non est concedere, aut fa-  
teri iurisdictionem hanc, & potestatem in Baiulo generali, & Regio  
Procuratore, quia concessio facta secundum quid non inducit con-  
cessionem totaliter, immo restringitur ad qualitatem, vel quidditatem  
expressam, ut optime Baldus conf. 181. in princ. lib. 3. Oldra. 224. &

vide n. 48.

236. Decius cons. 492. num. 11. Et dispositio qualificata procedit cū argumento de tanquam tali, de quo dispositio loquitur Bald. cons. 51. lib. 5. Zabarella cons. 112.

20 Neq. id quod præsupponitur censetur dispositum, nisi aliás constet de præsupposito Salice. Fulgos. & alij in l. mancipia. C. de ser. fugit. Decius cons. 199. num. 2. & cons. 644. in fin. Socinus in cons. 119. lib. 4.

21 Rursus in dictis capitulis curiæ non disponitur, quod causæ feudales priuatue ad Regiam Audientiam, & ad pares curiæ tractentur apud Baiulum generalem, aut Regium Procuratore, prout Pragmatica indistincte loquitur, & absolute.

22 Igitur hæc Pragmatica dum statuit causas feudales in Baiulia generali Cathalonia, & prouratione Regia Rossilionis priuatue ad quoscunq. esse tractandas, decidendas, & terminandas contrariatur constitutionibus Cathalonie, & iuribus huius Patriæ.

23 Secundo, quod ad causas patrimoniales pertinet quarum cognitionem, & decisionē tribuit Regia Pragmatica Baiulo generali priuatue ad Locumtenentem generalem, & eius Regiam Audientiam, etiam per viam euocationis quocunq. titulo, aut prætextu, est contra constitutiones Cathalonie, & signanter contra consti. 2. incipientem *Las causas*, titulo de euoca. causarum, in qua expresse conceditur causas patrimoniales posse in Regia Audientia tractari, ibi. *E sensiblement volem las causas nostras patrimoniales per Nos en nostra Audiencia estant en lo dit Principat poder effer tractades, è determinades,* ubi Mieres colla. 11. fol. 4. col. 3. pag. 4. loquens de ipsis causis patrimonialibus sic ait, *Et etiam dominus Rex de eisdem potest, & confuerit cognoscere in sui Audientia. Attamen non ipse per se cognoscit, sed eius Cancellarius, Vicecancellarius, aut Regens Cancellariam vice, & nomine ipsius domini Regis de tali causa patrimoniali cognoscit.* Et Rursus fol. 5. col. 1. ibi, *Hic ergo habes clarum quod dominus Rex cognoscit de causa sua patrimoniali, quod est verum tamen cognoscit per alias personas, ut dixi supra.* Et deinde col. 4 postquam dixit, quod in Comitatus Rossilionis, & Ceritaniæ, huiusmodi cause habent suos Iudices, tam in prima, quam in alijs instantijs sic loquitur, *Nota tamen quod postea vidi determinari in Audientia Regia, quod dominus Rex potest de causis patrimonij sui dictorum Comitatum Rossilionis, & Ceritaniæ, cognoscere in Audientia Regia extra dictos Comitatus, &c.* Et Rursus ibi, *Sed quaro quis potest cognoscere de causis patrimonialibus, de quibus loquitur*

quitur præsens constitutio. Responde de istis consueuit cognoscere Baiulus  
generalis Cathaloniae in Cathalonia, & etiam Dominus Rex de eisdem  
potest, & consueuit cognoscere in sui Audientia.

24 Hoc idem colligitur ex const. 12. incipiente en las Conts , tit. de  
vectigals, quæ indubie loquitur de causis patrimonialibus cum agat  
de lezdis, & alijs iuribus Regijs, quæ sunt de patrimonio Fisci, ut in-  
quit Mieres par. 2. colla. 11. fol. 4. col. 4. & probant quoq. constitutio  
33. in ordine incip. Occorrens, tit. de pau y treua, & melius const. Phi-  
lippi tertij cap. 18. curiarum anni 1599. quæ est finalis , tit. de cu-  
stodia de processos, ibi, Y que de assi auant euocantse causas principals,  
ò de appellatio , del dit consistori de la Ballia general , à la Audiencia  
Real, &c.

25 Item Iacobus Calicus antiquus practicus Cathaloniae, & Aduo-  
catus Fiscalis domini Regis, in Margarita fisci dubio & 8. num. 27.  
ad hanc rem allegat duas alias constitutiones, quæ maximopere cō-  
ferunt, quarum una est consti. 5. quæ incipit, Per repos. tit. de Aduocat  
y Procurador fiscales. Altera vero est constitu. prima in ordine, incip.  
Com nos, tit. de reuo.dona.

26 Et adhuc iuber dicta const. 5. quod antequam Aduocatus fiscalis  
mouere p̄ficit aliquam causam patrimonialem , teneatur consulere  
duos Doctores Regiæ Audiètia, & exquirere eorum vota, quod vi-  
dimus in processibus antiquius , & aliquibus modernis multoties  
practicatum.

27 Ex quibus apparet quam longe fuit à mente curiæ generalis re-  
mouere Doctores Regiæ Audiètia à cognitione, & decisione cau-  
sarum patrimonialium , imò enixe voluit, & censuit ad Regium tri-  
bunal, & consistorium ipsius Principis causas fiscales , & patrimo-  
niales deferri , & ibidem tractari , & decidi quam pulchrè Oliba in  
vſatico, Alium namq. cap. 18. num. 20. de iure fisci , huic se subscripsit  
sententia, ibi, Et casus est in quo Rex cognoscit de causa ciuili etiam in-  
ter suum Fiscum ex una, &c. quia est questio de bonis & iuribus patri-  
monij Regis, & sic de regalijs ipsis Regis, vel de controversijs earum oc-  
casione, & de his in Regio tribunali tantum cognoscitur.

28 Non obstat quod asseritur supradictam constit. 2. tit. de euoca-  
causa. quæ clare disponit de dictis patrimonialibus causis in dicta  
Regia Audiètia tractandis intelligendam fore (ut ipsa cantat) do-  
mino Rege, tantum in hoc Principatu præsente , & Regia Audiè-

368 tia suo Regio nomine procedente non vero absente sua Regia Ma-  
iestate ab hoc Principatu.

29 Quia constitutiones Cathalonię loquentes de Rege intelligun-  
tur pariter de Prorege, & Locumtenente generali sue Maiestatis, &  
disposita in Rege in ipso Locumtenente verificantur, & locum ha-  
bent, ut eleganter more suo declarat Anto. Oliba in usatico, Alium  
namq. cap. 4. num. 58. de iure fisci, ubi latè de hoc punto agens sic  
scribit, Ceterum quia propter absentiam domini Regis fuit necessarium ali-  
quem Magistratum deputare, qui pro eo, et illius nomine regalias, et uni-  
uersalem in Prouincia haberet iurisdictionem, qui per constitutiones, et  
iura patriæ non fuit destinatus. Hunc Locumtenentem generalem appella-  
runt. Hic representat personam domini Regis, et Alternos nuncupatur, et  
habet amplissimam potestatem, et auctoritatem. Ad eum est provocatio,  
et recursus, qui est summa regalia, cap. 1. quæ sint Regalia in feudis, et  
in usat. Alium namq. Barones absente domino Rege, et Locumtenente  
generali absolutam habent quodammodo iurisdictionem in suis Baronijis,  
et districtibus, quia regaliarum exercitium remanet suspensum, et ideo  
fuit necessarium quod generalis Locumtenens sue Maiestatis universali  
ipsius Prouincia administrationi perficeretur. Ab eo supplicatur ad eundem  
idemq. Regis tribunal representatur, quod in domino Rege presente, et  
per cum Regis absentia suppletur, et pro presentia reputatur in pace, et  
bello.

30 Et deinde num. 61. idem Oliba addit sequentia, Apud nos Locū-  
tenens generalis Alternos est, et non secundum locum post Principem obti-  
net, sed eundem locum, nec ab eo ad Regem est appellatio, aut recursus,  
idem est enim tribunal, idem Regium Concilium, tantaq. est apud eum po-  
testas, ut Rege absente omnia possit, quæ ipse Rex posset, si presens esset  
his, dumtaxat exceptis quæ per iura Patriæ, et mores maiorum non possunt  
separari à Corona Regia, sic enim se res habet ut Princeps ipse in manda-  
to quod facit totum sese in ipsum suum Locumtenentem profundere, et om-  
nem suam potestatem in eum transferre videatur, et c. Hæc Oliba cu-  
ijs verba fere transcripta sunt a priuilegio quod Locumtenenti ge-  
nerali solet concedi per dominum Regem in Cathalonia, quod etiā  
in quolibet nouo ingressu inspicitur a Deputatis ad videndum an  
fuerit expeditem cum his latissimis clausulis, ac amplissimis facul-  
tatibus, et absq. nulla penitus restrictione, et limitatione eorum quæ  
dominus Rex exercere valet in Cathalonia, et registratur in Archi-

369.  
1. io domus Depurationis antequam iuret, qui nouiter Locumtenens  
eligitur, & nominatur.

32. Profecto Locumtenens ipse, & Prorex in Cathalonia eandem  
personam Regis representat, & in ipsius vicem, & locum subrogat-  
& omnia potest quæ dominus Rex si præsens esset in hoc Prin-  
cipatu facere expedire, aut peragere valeret cuius rei infinita pos-  
sent adduci exempla, quæ breuitatis causa omissuntur, illud tamē  
non est silentio prætereundum de iudicio verbali tenendo qualibet  
hebdomada in die veneris per dominū Regē quod erat persona-  
lissimum iuxta constitutionem primam tit. de juhi verbal del senyor  
Rey, & nunc tenet, & obseruat Locumtenens generalis eadem for-  
ma qua dominus Rex quando erat præsens in Principatu, videndus  
Michael Ferrer par. 1. obser. cap. 9. incip. dicta obseruantia, et cap. 55. in-  
cip. refert, & in alijs sepe, vbi æquiparat sine discrimine præsentiam  
Locumtenentis, & præsentiam Regis.

32. Quod & clare insinuat cap. 12. curiarum anni 1599. vbi cū fuif-  
set actum de auferendo votum Locumtenentis generalis in casu pa-  
ritatis Doctorum Regiæ Audientiæ id noluit dominus Rex con-  
cedere, sed quod antiquitus fieri erat consuetum obseruari iussit,  
quia (ut inquit in decretatione) Locumtenens generalis est Alter nos  
quasi dixerit nihil immutandum esse, aut diuti simode statuendum  
in Prorege quam in Rege ipso fuerat antea sancitum, & obseruatum.

33. Quinimo dicta const. 2. solum contemplatur Regis personam, ad  
differentiam Gubernatoris cui noluit communicare Regaliā cog-  
nitionis causarum patrimonialium eo præsente non vero, ut quid-  
quam statueret in exclusionem Proregis, & Locumtenentis genera-  
lis. Et quod ait Mieres par. 2. colla. 11. vers. Sed quero, fol. 4. ibi, et  
hoc verum ipso Rege existente intra Principatum Cathaloniæ, idem est  
quod ipsa statuit constitutio.

34. Nec tam hebraice, & ad litteram sunt constitutiones intelligen-  
dæ quin à iure cōmuni non recipiant interpretationē passiuam Al-  
fon. Villagut de extentione legum quæst. unica num. 144. Thesaurus decis.  
53. nu. 1. Fontanella clau. 4. glo. 18. par. 2. num. 68.

35. Ceterum præter dict. const. 2. tit. de euocacions de causes, aliæ re-  
periuntur constitutiones Cathaloniæ disponentes, quod de causis  
patrimonialibus agi possit in Regia Audiētia, ut sunt constit. 12. sub  
tit. de vectigals, & const. fin. sub tit. de custodia de processos sup. adducti.

Sed

372 Sed iam nunc redeamus ad constitutionem Reginæ Mariæ sub  
 tit. de offici de Balle general, quæ non minus opponitur Regiæ Prag-  
 maticæ, respectu causarum patrimonialium quam feudalium, siqui-  
 dem cum tempore Regis Petri hæ causæ patrimoniales ad Regiam  
 Audientiam euocarentur, aut quod essent causæ pupillorum, vidua-  
 rum, vel pauperum, aut quod ageretur de interpretatione Regionum  
 priuilegiorum, aut quod esset contentio iurisdictionis, ut est noto-  
 rium, & de eo prætextu, quod ageretur de interpretatione Regionū  
 priuilegiorum, attestantur Michael Ferrer par. 1. obser. cap. 19. et 23.  
 et don Ludo. à Peguera in praxi. rub. 4. num. 12. vers. Nam secus, &  
 per dictam constitutionem Reginæ Mariæ non possint Baiulus ge-  
 neralis, & Procurator Regius exercere aliam iurisdictionem quam  
 habebant, nec vti alia forma, qua vtebantur tempore dicti Regis Pe-  
 tri, vt diximus supra, & aperte legitur in d. const. ibi, Entres empero,  
 que los dits Balle, e Procurador Real no pugan, ne tenten exercitir, ne usar  
 de altra iurisdicçio, sino en, è per la forma, è manera que usauan en temps  
 del Rey en Pere pro avi nostre, de memoria recordable, segons las principals  
 commissions de llurs officis, &c. Ponderanda sunt illa verba, en, è per  
 la forma, è manera, quæ non tantum referuntur ad substantiam iuri-  
 sictionis exercendæ per Baiulum generalem, & Regium Procurato-  
 red, sed etiam ad formam, ex modu, quo ea iurisdictione veniebat per  
 ipsos exercenda, vnde licet daremus Baiulum generalem, & Pro-  
 curatorem Regium iuxta principales commissiones horum officio-  
 rum habuisse iurisdictionem, & potuisse cognoscere de causis pa-  
 trimonialibus eo tempore Regis Petri verum de modo, & forma  
 exercendi quoad istas causas indubium verti nequit, quod nō exer-  
 cebant, aut non vtebantur hac iurisdictione, sub ea forma, aut mo-  
 do, quod non possent ad Regiam Audientiam euocari, vel prætextu  
 pupillaritatis, paupertatis, aut viduitatis, vel quia ageretur de viribus  
 & obseruantia Regionum priuilegiorum, vel quod esset contëtio iu-  
 risdictionis inter dominos. Imò ex eadem constitutione manifeste  
 colligitur Pragmaticam istam, quæ alium modum querit, & formam  
 circa cognitionem causarum patrimonialium in Baiulo generali, &  
 Procuratore Regio (supponimus ficte in eis hanc iurisdictionē) ad-  
 uersari dispositioni dictæ constitutionis Reginæ Mariæ.

373 Adde euocationes causarum patrimonialium his prætextibus, &  
 motiuis fieri per dominum Regem, aut eius Locumtenentem gene-  
 ralem

ralem in Cathalonia in vim regalias, quae ad solum Regem spe-<sup>221</sup>  
stant, ut in const. 1. & 2. tit. de euocacionis de causis, l. unica C. quando  
Impera. inter pupillas, & viduas, sicular. in d. rub. num. 1. & 2. (ouar.  
prac. quest. cap. 6. num. 1. Paz in praxi prima partis tom. I. tempore 1.  
num. 19. Trenta singulis war. resol. lib. 2. resol. 2. num. 4. Steph. Gratia. dis-  
cep. forens. cap. 182. num. Rode. de annu. redditibus lib. 3. q. 4. num. 42. An-  
toni. Faber ad eum tit. C. quando Imperator fol. 111. Pacia. conf. 84. &  
conf. 85. per tot. Ma. Mutia in consue. Panor. cap. 13. Marcabrunus conf.  
84. num. 43.

38 Et consonat lex 5. regni Castellæ tit. 3. de los demandados, part. 3.  
ibi, O por pleyto que demandasse huérano, o home pobre, o muy cuytado,  
contra alguno poderoso, de que no pudiesse tambien alcançar derecho sobre  
el fuero de la tierra, ca sobre qualquier destas razones tenido es el deman-  
dado de responder ante el Rey, do quier que lo emplaçassen, è no se podría  
escusar por ninguna razon, porque estos pleytos tanyen al Rey principalme-  
te por razon del señorio.

39 Lex etiam 41. tit. 18. par. 3. quæ singularis est ad propositum, qua-  
tenus statuit non valere rescriptum ad trahendum litis causa viduas,  
orfanos, senes, infirmos, pauperes, aut alios miserabiles impetratum,  
sed ab istis contra alios obtentum validum esse, & assignatur, nota-  
da ratio in vers. E estos tuuieron por bien, L. 20. tit. 23. eadem 3. par.  
L. 8. tit. de los emplazamientos, 3. lib. 4. nouæ recolle. Regiæ, ibi, Pley-  
to de viduas, huéranos, y personas miserables.

40 Porro has regalias, aut præminentias, & prerogatiwas Regias nō  
venire in generalibus concessionibus, nisi de eis expressi statimén-  
tio est in comperto, & pulchrè noster Mieres ad constit. Regis Pe-  
tri 2. in curia 2. Barcin. cap. 34. num. 2. colla 2. fol. 17. qui allegat  
text in cap. in generali de reg. iuris in 6. cum has concordantibus, & opti-  
mè Michael Ferrer 1. par. obser. cap. 11. & 12. don Ludo. à Peguera in  
prac. tit. de euoca. causa. num. 26. & 27. Oliba in usatico, Alium namq. de  
iure fisci cap. 4. num. 19.

41 Quare has regalias, & superiores præminentias à se abdicasse  
principalibus illis commissionibus, & pragmaticis, non est præsu-  
mendus Rex cum illarum precipue non meminerit.

42 Neq. obstat quod causæ Regij patrimonij non subiaceant con-  
stitutionibus Cathaloniæ, sed ab eis censeantur exceptæ, vt per Mi-  
cha. Ferrer in lib. obser. Guber. Catha. cap. 21. vers. Et idem dico, vbi ait

causas Regij patrimonij non contineri sub constitutionibus super causis Vicariæ intra Vicariam, & causis Baiuliæ intra Baiuliam tractandis, & tradit post *Mieres*, *Oliba de iur. ffs. cap. 4. num. 21.*

43 Quia respondetur id verum esse, & procedere, quando super regalijs expresse non est dispositum verum, quando constit. Cathaloniæ expresse de dictis causis loquuntur, dubium non est, quin comprehendantur tunc enim sumus in claris, quibus est standum, ex reg. communi tex. in l. continuus, §. cum ita de verb. oblig. & quando habemus casum legis, cessat omnis dubitatio, l. ancillæ, C. de furtis, & eleganter *Valençuela conf. 40. num. 53.* & *conf. 52. num. 57.*

44 Sed multo elegantius in nostris proprijs terminis noster *Anton.* *Oliba de actio. par. I. lib. 3. cap. 3. num. 50. post Mieres cuius verba refert,* vbi de regalijs loquēs, & de Regijs pragmaticis, quæ super eis emanant sic ait, *Et in his dominus Rex potest, et consuevit rescribere, et facere pragmaticas generales, dummodo non sint constitutiones generales editæ, quæ iam de dictis regalijs expresse disposituissent.* Et Rursus num. 52. in fine, *Lex autem generalis in forma legis in nulla materia fieri potest, nisi in curijs cum tribus Brachijs, ex const. Petri 2. cap. 14. in forma pragmaticæ, vel crida potest fieri per Regem, et suum Locumtenentem in materia Regaliarum, quæ non continentur sub constitutionibus.* *vis aliis de eadem regalia sit dispositum per constitutiones.*

45 Nostræ constitutiones Cathaloniæ explicite loquuntur de his regalijs euocandi causas pupillarum, viduarum, & pauperum, ad consistorium Principis, & constitutio Reginæ Mariæ sub titulo *de offici de Balle generali*, expressissime prohibet Baiulum generalē ampliorem exercere iurisdictionem, aut alia forma, aut modo, ea uti iurisdictione quam tempore Regis Petri quo nō erat interdicta harum causarum patrimonialiū à Regia Audientia assumptio, & euocatio, igitur non est dubitandum de comprehensione.

46 Et parum refert quod ex aduerso obijcitur proprium esse Regis, & supremæ regaliæ, ac potestatis erigere tribunalia magistratus creare iurisdictiones vnire diuidere, aut suppressimere, l. si eadem ff. de offi. *Assesso. cap. sicut unire de excessi. Prælato. Casanate conf. 43. in princip. Mieres par. 2. colla. 10. 11. & 12. fol. 43.* *Calicius quem citat Ferrer par. 1. obser. cap. 2. num. 2. Peguera decis. 36. num. 2. & 3. Oliba in usat.* Alium namq. cap. 10. num. 2. *Cancer. var. part. I. cap. 11. num. 35.* *Mastrilli de magistra. lib. 1. cap. 1. per tot. & innumeros adducit, Ramon conf. 24.*

360

conf. 24. anno. 53. est enim Rex dominus iurisdictionis, & ab eo, &  
ad eum iurisdictiones fluunt, & refluxunt sicut aquæ à mari, & ad ma-  
re, & dicitur fons omnium iurisdictionum cap. 1. verbo *Potestas*, vbi  
*Ma. de Afflict. quæ sint rega. in us. feudo. Portoles in schol. ad Mol.* ver-  
bo *Iurisdiction. Bardaxi ad foros Aragonum tit. de foro, et iurisd. om. iud.*  
*Casana. d. conf. 43.*

47 Quia respondeatur id regulariter procedere, & verissimum esse  
cæterū quādo super istis magistratibus, & potestatibus cōstitutiones  
sunt edite, & particulariter super his dispositum constitutionibus  
est standum, vt optime in proposito tradit *Calixtus Ramirez de lege*  
*Regia, §. 23. num. 12. Oliba par. 1. lib. 3. cap. 3. num. 50. de actio.* & ex-  
plum habemus in titulo, *Que nouells Officials, &c.* vbi licet domi-  
nus Rex possit quos voluerit Iudices dare, & Magistratus erigere ex  
sua suprema regalia, & prerogativa Regia, tamen in Cathalonia hāc  
regaliam, & potestatem habet limitatam, & restrictam per particu-  
lares constitutiones, quibus Reges dignati fuerunt se subjicere, vt to-  
to dicto tit. *Que nouells Officials, &c.* & in terminis adest consti. 1.  
quæ est eiusdem Reginæ Mariæ in eadem curia Barcīn. anni 1422.  
cap. 28. quæ expresse prohibet creationem nouorum officialium, &  
Magistratum, qui non essent tempore Regis Petri 3.

48 Neq. alicuius ponderis est, quod asseritur per constitutiones 2.  
& 3. tit. *de offici de Balle general*, & per capitula 37. 38. 41. & 86.  
curiarum anni 1599. suis approbatas dictas pragmaticas, & iu-  
risdictionem Baiuli generalis, quoad cognitionem dictarum feuda-  
lium causarum, & patrimonialium, vt supra tetigimus.

49 Quia iam fuit responsum, & nunc adde ex dictis constitutio-  
nibus non colligi aliquam prohibitionem euocationis causarum  
patrimonialium, sed quod de his quæ agitantur in Baiulia generali,  
& Procuratione Regia debeat fieri verbum in Regia Audientia, si  
excedant valorem quatuor centum librarum, aut in eis seruetur cer-  
ta forma, in prioribus duabus constitutionibus tradita, non enim  
sequitur in causis vertentibus in Baiulia sit certus modus præscrip-  
tus, ergo hę causæ non possunt euocari ad Regiam Audientiam, cū  
non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. neq. natales, C.*  
*de proba. cum vulga.*

50 Hoc fuit aliud nouum remedium, vel priuilegium, quod curia  
generalis suis Provincialibus elargiri voluit ultra euocationem, si  
forsan

forsan ad eam confugere nollent, cum non sit necessaria, sed voluntaria, vel alia de causa non possent euocare, ut quia exempli gratia passi fuissent in Baiulia denuntiari processum iuxta *const. finalem tit. de euoca. causa.* in istis, & alijs casibus præter euocationem fuit eis de illo remedio succursum, per quod non censetur aliud sublatum de euocationibus causarum per alias constitutiones indultum, tum quia cum euocationes fiant in vim regalium domino Regi, & suo Locumtenenti competentium, neq. veniunt in generalibus dispositionibus, nec eis præiudicatum esse censetur nisi expresse dicatur. Et sufficit quod aliquid operentur etiam minimum constitutiones predictæ ne dicatur superfluæ, *ex glo. ordinaria in l. 1. C. de rap. virg.* tum quia per impetrationem noui priuilegij non censetur renunciatum antiquum, quando non sunt incompatibilia, prout hic, nec inducta ad augmentum, vel fauorem operantur diminutionem, vel odium, *Lsi ruffinus, C. de mil. testa. l. 2. C. de const. Prin. cum vulga.*

SL De huiusmodi regalia, quæ ad Regem pertinet cognoscendi de causis viduarum, pupillorum, & pauperum, plura notanda tradit *Thesau. decif. 177. per totam* dicens, quod in illo Senatu obseruatur, hæc regalia inconcusse, & fiunt in dies euocationes causarum omnium, *& num. 2.* addit, quod est adeo potens hæc regalia, ut illi renunciari non posse, *Belluga in jpet. Prin. rub. 23. num. 3. Natta conf.* *590. num. 15,* cur igitur deneganda venit hæc regalia, aut prerogativa recurrendi ad suum Principem ijs personis in Cathalonia quibus competit, & iure vniuersali omnium gentium, & municipali sue Provinciæ.

52 Neq. obstat quod dicitur de constit. clarificant, quæ est 14. sub tit. *de iurisd. omni. iud.* dum statuit Baiulum generalem in Cathalonia respectu causarum patrimonialium, non habere superiorem, quia loquitur clare absente ab hoc Principatu, domino Rege, & eius Locumtenente generali, ut constat ibi, *Contra official preheminent, qui no haja superior en lo dit Principat, &c. es Lloctinent nostre, & de nos tres successores, & en absencia sua, portant levens de Gouernador general, & Balle general, en las causas patrimoniales, &c. & sic nihil ad rumbum.*

53 De regalia, & qualitate, ex quo agitur, de viribus, & obseruantia, aut interpretatione Regionum priuilegorum, quidquid sit de pragmatica anni 1617. omnes sunt in confessu ab urbe ipsa codita fuisse practicata, & eo prætextu semper factas euocationes causarum in

in Cathalonia a consistorio Baiuliæ ad Regiam Audientiam, vt attestantur Ferrer 1.par.obser.cap.24. et) Peguera in praxi ciuili rub.4. de euoca causarum num. 12.

54 Vnde licet deficeret lex, aut constitutio verum diuturni mores in Cathalonia vsus, & styli inconcussæ obseruati habentur pro constitutionibus, & legibus municipalibus, si non sint contra eas, & æque dicitur contrafacere constitutionibus, contrafaciens vsibus, & styliis Prouinciæ, vt ita clare reperitur dispositum in ferè omnibus constitutionibus tituli *de obseruar constitucions*, vulgo dictis *de la obseruansa*, & facit consti. 2. tit. *si contra dret, o utilitat publica*, quæ disponit nullam litteram Regiam impetratam, aut impetrandam contra priuilegium generale, vel speciale, aut contra consuetudines generales, aut speciales alicuius loci valere, aut habere roboris firmitatē.

55 Quod si studuit curia generalis, & enixe voluit quoscunq. vsus, & consuetudines Cathaloniæ obseruari, & nec latum vnguem ab eis discedi, quanto magis regalias à longissimo, & immemoriali tempore ad beneficium subditorum practicatas, obseruari, & custodiri voluisse censendum est, provt, & ita disponit const. 18. tit. *de iurisd. om.iud. ibi, Salves les regalias al Rey nostre Senyor, si y segons en lo Principat de Cathalunya son en us y obseruancia*, & ex hac ratione infert Oliba in *vsatico*, Alium numer. cap. 4. .... c. 5. Appellations à Magistro militum ad Regiam Audientiam esse de constitutione, quia à longissimo tempore consuevit practicari, & quod in Cathalonia constitutio vsus, seu consuetudo, quantum ad legis essentiam æquiperantur, ex cap. *desjants*, & cap. *mes auane*, tit. *de obseruar constitucions*, sequitur ergo, quod citra contrafactionem dictarum constitutionum non possunt prohiberi dictæ causarum euocationes ad Regiam Audientiam.

56 Et non sine ratione fuit hoc introductum, nam est proprium Regum de viribus, & interpretatione suorum Regionum priuilegiū cognoscere, & ad eos solum hæc pertinet Regalia, & potestas, non alios, cap. *cum venissent de iudi.l. ex facto ff. de vulga*. quia eius est interpretari cuius est condere, cap. *inter alia de immuni. Eccles.l.fin.C. de legibus*, Ferrer, et) Peguera in locis supra citatis, & latè Gonçalez ad reg. Cancellariae 8. glof. 52. num. 35. vbi cum dubitaretur an moderatio, & declaratio quarundam sententiarum Rotalium esset concedenda fuit resolutū affirmatiue, sed quia negotium versabatur circa quod-

E dam

276  
dam priuilegium quod fuerat exhibitum cui innitebantur sententiæ decreuerunt simul domini quod prius remitteretur pars ad Principem, qui priuilegium concesserat, vt illud declararet, quia ad ipsum & non alium spectabat, quod & obseruatur quotidie in Regia Audientia Regni Valentia, nam quotiescunq. tractatur de aliquo priuilegio, aut decreto Regio, Regia Audientia se abstinet à cognitione illius articuli, & remittit illum ad dominum Regem, & Concilium supremum Coronæ Aragonum vnde emanauit.

57  
Sed quid his immoratur? super hac regalia, & facultate euocandi causas ad Regiam Audientiam, ex quo agitur de obseruantia, & interpretatione Regiorum priuilegiorū plures prodierunt constitutiones Cathaloniae, & primum locum obtinet consti. 2. tit. *de rectigals*, cuius supra meminimus, in qua expressissime agitur de causis patrimonialibus euocandis ad Regiam Audientiam, hoc prætextu quia tractatur de viribus & interpretatione regiorum priuilegiorū. Item & constit. i. quæ incipit, *Ordenam, y statum*, tit. *de interpretacio de usages*, qua prohibetur quod nullus possit interpretari priuilegia, que Reges concesserunt Vniuersitatibus, & personis particularibus Cathaloniae, in cuius explanatione *Mieres in cur. Montiso. Alfon. 2. colla. 3. cap. 16. fol. 36. par. 1.* affirmat dictam *constitutionem*, & illius verba esse intelligenda, quod nullus possit interpretari priuilegia Regia præter ipsum Regem.

58  
Nec quidquam facit quod ex aduerso adducitur iam antea Regis pragmaticis antiquioribus fuisse similes prohibitas euocationes. Quia nulla ostenditur præter unam Regis Petri 3. expeditam 3. Febru. 1388. quæ tamen non loquitur de Baiulo generali Cathaloniae, nec de Locumtenente generali, & eius Regia Audientia, sed de generali Gubernatore, ne is de huiusmodi causis contentionum cognoscat, vt ibi habetur, ideo dicta Regiam pragmaticam, quoad Locumtenentem generalem, & suam Regiam Audientiam nunquā fuisse admissam, aut obseruatam in Cathalonia est in comperto cum euocationes eo prætextu fuerint perpetuo factæ, vt diximus.

59  
Et inde etiam tollitur argumentum, quod illa pragmatica fuerit confirmata per constitutionem Reginæ Mariæ, quæ est prima, sub tit. *de offici de Balle generali*, dum loquitur de principalibus concessionibus, quia nō loquitur de Baiulo generali Cathal. aut eius iurisdictione, nec de aliquo respectu quæ dicat ad Locutententē generale.

Rursus

60 Rursus si attendamus ad illam prerogatiuam quia causæ contentionum inter Baiulum generalem Cathaloniæ, & Vicarium Regiū Barcin. aut alium ordinarium, & etiam alterum prætentum dominū feudi euocabantur ad Regiam Audientiam, quod inter cetera in dicta Regia pragmatica prohibitum reperitur non minus aduersatur constitutionibus Cathaloniæ, & præsertim dispositioni capitis si al-  
lodiarius, vbi Socarrats pag. 183. in commemo. Petri Alberti, & consue-  
scriptis Cathaloniæ, vbi statuitur, quod si sit quæstio inter dominum  
vnius Castri, & illum, qui prætendit esse illius allouarius, non de-  
bet dominus castri declarare huiusmodi quæstionem, & debatum,  
sed debent partes conuenire in vnam personam communem, quæ  
illam declareret, & terminet, & si non concordant, debent accedere  
ad Principem, qui est persona comminalis (ut ita dicitur) omnibus  
habitantibus in hoc Principatu, & hoc (inquit tex.) tenetur facere  
dominus castri velit nolit, aut debet renuntiare liti, & cedere illi, &  
hoc idem quod Rex in Cathalonia sit communis persona ad admi-  
nistrandum iustitiam suis incolis, & habitatoribus recte probant cō-  
stitutiones 3. quæ incipit, Ordenam, è statuim, tit. de treuas conuicio-  
nals, & 2. quæ incipit, Statuim que null hom, tit. de raptats de bausia,  
Calic. de margarita fisci lib. 8. num. 16. Socarrats in d. cap. si allodia-  
rius, per totum, & Uiba mox citandus in casu. Alium namq. cap. 4.  
num. 67.

61 Igitur iuxta constitutiones nostras partes in suis contentionibus  
iurisdictionis ad Principem debent recurrere tanquam superiorum,  
& Iudicem comminalem in Cathalonia.

62 Hinc est quod per constit. 14. incip. E per quam se dene, tit. de  
appella. fuit prouide ordinatum mota contentione, inter officialem  
iurisdictionis criminalis, & officialem iurisdictionis civilis ad Re-  
giam Audientiam articulum contentionis esse deferendum.

63 Et per constitutionem vnicam titu. com se deu declarar lo dup-  
ie, &c. quoties adeſt dubium, aut contentio inter Aulas ciuiles, &  
criminalis, recurritur ad tertium, id est ad duos Iudices ciuiles, &  
alios duos criminalis Aulæ, ne integrum sit alicui ex contendenti-  
bus, ius sibi dicere quasi in causa propria, quod etiam obſeruatur  
in causis contentionum inter curiam Ecclesiasticam, & secularem,  
quas noluit curia decidi, & declarari per aliquem ex iudicibus, qui  
contendunt, sed per Reuerendum Cancellarium tanquam tertium  
inter

378 inter ambas curias, ut constat ex toto tit. de contentio de jurisdictionis,  
in 1. & 2. vol. constitutionum.

67 Hæc vniuersa congruunt cum iure communi quo iure attēto de  
istis causis contentionū, superior debet cognoscere, & non ipsimet  
qui contendunt, vt in l. de iure ff. ad municipa. Portoles ad Mol. de cō-  
peten. iurisd. num. 3. Cancer par. 3. var. cap. 10. nu. 1.

65 Et si relinquetur iudicio vnius, aut alterius ex competitoribus  
non seruaretur equalitas quæ in iudicijs est seruanda, ex reg. tex. in ca-  
nouit de iudicijs, et cap. in iudicijs de reg. iur. in 6. Barz ius decis. 58. num.  
1. I. & nisi Princeps manum apponere magna esset confusio, quia  
quilibet vellet suam iurisdictionem tueri, & pro ea pronunciare, aut  
sequeretur sententiæ contrariæ, quod reputatur absurdum ex l. nulli  
C. de indic. Afflict. decis. 354. et docte Oliba in usat. Alium namq. cap.  
4. num. 67. de iure fisci, ibi, Accedit etiam quod per Locumtenentem ge-  
neralem occurritur scandalis, absurditatibus, turbationibus, quæ ex confli-  
ctu Magistratum inter se de superioritate contendentium orirentur, cap.  
pastoralis extra de rescriptis, quæ omnia confunderentur nisi esset hic supre-  
mus Magistratus, qui in personam Regis omnia componit, omnia conciliat,  
et inter omnes omnino in Prouincia habitantes, et ad eam declinantes,  
vel per eam quomodolibet transeuntes pacem facit, et c.

66 Quamquam vero nulla adesse causa faciat, aut iuri dilpositio suf-  
ficeret ita ab initio mundi semper fuisse obseruatum, quia ea obser-  
uantia tam longissimi temporis transiuit in usum antiquum, qui in  
Catalonia reputatur pro lege, & constitutione, vt supra diximus,  
principue ex const. 10. 11. & 17. tit. de obseruar constitucionis, & ex  
Oliba in d. usatico cap. 4. num. 65. testantur de hoc inueterato usu, &  
consuetudine Cataloniæ euocandi has contentionū causas ad Re-  
giam Audientiam, Michael Ferrer 1. part. obser. cap. 18. et cap. 40. et  
part. 3. cap. 166. et 167. Cancer. part. 3. var. cap. 10. de conten. iurisd.  
a num. 1.

67 Non est silentio prætereundum Prouinciam hanc ob Regis ab-  
sentiam regi, & gubernari à Locumtenente generali, qui Alteros  
appellatur, & habet eandemmet potestatem, vt superius fuit dictum,  
& tradunt de Regno Neapolis à Ponte de potesta. Proregis tit. 1. de  
pronost. fieri solitis, et c. num. 1. et 2. et de assen. Regijs tit. 7. §. 6. nu. 3.  
De Regno Siciliæ Mastrilli de magistra. lib. 3. cap. 4. num. 196. et lib.  
1. cap. 6. num. 1. et 80. De Regno Aragoniæ Calixtus Ramirez de  
lege

lege Regia S. 11. per tot. Et de Regno Valentię Belluga in specul. Prin-  
cip. rub. 11. num. 4. et) rub. 25. num. eo.

68 Tāndem quoad negotia prāterita de quibus etiā disponit Prag-  
matica Regia annullando sententias Regias, & probationes partiū,  
quę in Regia Audientia, & extra Baiuliam generalem, & Procura-  
tionem Regiam factae essent, repugnat pluribus constitutionibus,  
quę expresse statuant in Cathalonia non posse iudicari nisi per di-  
rectum, vt in usatico, Alium namq. de iure fisci, vbi Oliba cap. 3. num.  
23. ait iudicandum esse in Cathalonia parte audita, & causa cogni-  
ta, ac iuribus Patriæ seruatis, quod non ita fieret secundum dictam  
Pragmaticam, nec seruarentur constitutiones sub tit. de supplicacio de  
sentencias, quę formam præscribunt quemadmodum sententię, &  
prouisiones debeant reuocari, aut confirmari.

69 Et in terminis videtur esse hæc Regia Pragmatica, contra con-  
stitutionem incipientem, Roch valdria, tit. de obseruar constitucionis,  
ibi, Si empero la dita pretensio se allegara, è dirà per raha de sentencias  
diffinitivas, o aleras, que per contrari imperi, o manament, è sens remey de  
supplicatio, appellacio, o reclamacio reuocar nos poden, pretenent effer pro-  
mulgades contra usages, constitucionis, capitols, è actes de Cort, priuilegis,  
costos, e costums, o vollem que tales sentencias nos pugan reuocar sino per los re-  
meyas ordinaries per usages, constitucionis, priuilegis, usos, è costums. Qui-  
bus verbis, & alijs in eadem constit. sequentibus, apparet no huisse  
generale curiam sententias in iudicio latas reuocari, aut annul-  
lar, posse nisi per remedie ordinaria supplicationis, appellationis,  
reclamationis, &c. etiam si quod magis est prætenderetur prola-  
re contra constitutiones Cathalonie.

70 Et licet voluisset dominus R ex non tamen fas est iuri quæsito per  
sententiam præiudicare, vt probat pluribus Cancer. 3. par. var. cap. 3.  
de priuileg. num. 28. Clem pastoralis, vbi notat DD. de re iudica. Bar. et)  
alijs in l. fin. C. si contra ius, vel usil. pub. et) l. 3. C. de fun. patri. lib. 11. Be-  
llo. conf. 2. num. 2. idem Cancer ibidem, vbi postea num. 44. ex Mieres  
tradit dominum Regem in Cathalonia non vti potestate absoluta,  
cum teneatur iudicare per directum, & obligetur ex contractu jura-  
to ad iustitiam, vt in usatico, Quoniam per iniquum, tit. de guiatges.

71 Causæ & lites decisæ magna potiūt prærogatiua, & sub statuto  
etiā de præteritis litibus, & controversijs, loquente nisi dicatur ex-  
presse ob suam particularem rationem non comprehenduntur, quia

F nec

780 nec mens statuentium, nec rei natura patitur; quod iterum deducantur in controversiam, quæ semel fuerunt decisa, Abbas in cap. fin. num. 9. de const. & Aldera. Mascar. qui late prosequitur de interpretata. gene. statu. conc. 13. a. nu. 16. & pulchre Imperator in l. penul. in fin. C. de decurio. lib. 10. Cod. ibi, Cum conueniat leges futuris regulas imponere non præteritis calumnias excitare, & melius in l. fin. C. de fide instru. ibi, Si enim iam plenissimum finem accepit, & neq. per appellationem suspensa est, neq. per solitam retractationem adhuc lis viuere speratur tunc satis durum est huiusmodi quarela indulgeri, ne in infinitum cause retractentur, & sopita iam negotia per huiusmodi viam iterum aperiantur, & contrarium aliquid nostro veniet proposito.

781 Lex futura non præterita intuetur, l. leges, C. de legibus, l. de usurris, C. de usurris cum vulga. Ideo nec est presumendum voluisse dominū nostrum Regem hac Pragmatica sanctione ius tertio quæsitum auferre, ut in l. 1. §. merito ff. nequid in loco pub. Paris. cons. 1. nu. 83. Menoc. cons. 2. nu. 328. Euge. cons. 1. num. 82.

782 Præsertim cum bona fide, & scientie, & consentiente Procuratore fisci cum eo litigauerint in Regia Audientia huius Prouinciae indigenæ, & ille cum istis, propterea quæ Audientia Regia edixit, quæ decreuit, quæ pronunciauit non merentur reprobari, ut quod Vlpianus pro Romano seruo in officio Regni suo respondit in l. Barbarius Philipus, ff. de offi. Prætorum, summo Senatui eiusdem Principis denegetur, & humanius cum illo quam cum Regia Audientia agatur. Hæc cum debita venia sint dicta, & salua semper meliori censura.

Bernardus Sala Assessor.

Jacobus Cancer.

Dor. & Canonicus Guas.

Narcissus Mir.

Mi. Io. Magarola Aduo. Fisci.

Petrus Io. Fontanella.

Aegidius Rull.

I. Ramon Assessor.

Franciscus Llenes.

Raphael Puig.

Dominicas Osona,